

pag. 5 addita sunt nomina testium septem. — 1) *Alburno*. — 2) *stationem*, 3) *quot ex. II.* — 4) *Infra scriptum*. — 5) *collegis ex. II.* — 6) *Supra scripto*. — 7) *Homines*. — 8) *Habuerat*, 9) *haberet*. — 10) *A. 167*.

## Tabulae patronatus.

*Huius generis acta municipalia habes supra N. 6105 seq.*

**7216** imp. Caes. M. Aurelio | [*Commodo*]<sup>1</sup> Antonino Aug. Pio | Felice VI, M. Petronio Septimijano cos.<sup>2</sup>, | X kal. April. in templo collegi fabrum | et centonariorum<sup>3</sup> Regiensium. | Quod referentib. P. Saenio Marcellino et C. Aufidio | Dialogo quaestoribus v. f.<sup>4</sup> | Tutilium Iulianum, virum et vita et modestia et | ingenita verecundia ornatum et liberalem, | oportere collegi nostri patronum cooptari, ut | sit ceteris exemplo iudicii nostri testimonium, | q. f. p., d. e. r. i. c.<sup>5</sup>: |

Salubri consilio tam honesta relatione<sup>6</sup> a quaestorib. | et magistris collegi nostri factam et singuli et uni|versi sentimus, et ideo excusandam potius honesto viro | Iuliano huius tardae cogitationis nostrae necessitat. | petendumq. ab eo, libenter suscipiat collegi n.<sup>7</sup> patronal.<sup>8</sup> | honorem tabulamque aeream cum inscriptione huius decre[ti]n domo eius poni. Censuerunt.

*Regii Lepidi rep., tabula aenea (XI 970 descripserunt Regienses complures saec. XVI/XVII).* — 1) *Vocabulum periisse, rasura sine dubio, pars auctorum indicavit.* — 2) *A. 190.* — 3) *Cf. N. 7236. 7250 cet.* — 4) *Verba fecerunt (quaestores).* — 5) *Quid fieri placeret, de ea re ita censuerunt.* — 6) *Honestam relationem.* — 7) *Nostris.* — 8) *Patronalem.*

**7217** Ap. Claudio Iuliano II, L. Bruttio Crispino | cos.<sup>1</sup> | X kal. Feb. | in schola collegi fabrum civitatis Volsiniensium, quem (*sic*) coegerunt | T. Sossius Ililarus et Caetennius Onesimus q̄q.<sup>2</sup>, ibi<sup>3</sup> idem q̄q. verba fecer.: | Quanto amore quantaque adfectione Laberius Gallus pp., v. e.<sup>4</sup> erga | collium (*sic*)<sup>5</sup> n.<sup>6</sup> agere instituerit, beneficia eius iam dudum in nos | conlata confirmant; et ideo Anchariam Lupercam, uxorem | eius, filiam Anchari quondam Celeris b. m. v.<sup>7</sup>, cuius proles et | prosapia omnibus honoribus patriae n̄. sincera fide func[ta] est, in honorem eorum et pro morum eius castitatae | et iam priscae consuetudinis sanctitatae patronam | collegi n. cooptemus, statuam etiam ei aeream iuxta eun|dem Laberium Gallum maritum suum in schola collegi n. | ponamus, q. d. e. r. f. p., u. i. c.<sup>8</sup>: Recte et merito retulisse | q̄q.<sup>2</sup> n̄.<sup>9</sup> ut Anchariam Lupercam, honestam matronam, sanc[te] indolis et disciplinae, caerimonis etiam praeditis<sup>10</sup> feminam | in honorem Laberi Galli p. p., e. v., mariti eius, patroni collegi | n̄., et in memoriam Anchari quondam Celeris, patris eius, | dignissimam patronam cooptemus, statuamque ei aeream | in schola collegi n̄. iuxta eundem Laberium Gallum maritum | suum ponamus, ut